

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 11590

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

1935

C O D I C E S

1936

ber *Ad theodidaeos ceu pios lec-*
tores in sequentem confessionem
noui testamenti, et infra: I. E.
Hereditarius Ratl. Eundem esse
Hereditarium reor ac Germanicu-
m Erber, alterum *Ratisbonen-*
sis interpretor, qualis patria fue-
rit obscurus Doctor noster ad
Protestantes pertinens, qui in
Paraenesi sua studium sacrarum li-
*terarum commendat hoc ingref-*su*: *Abeat ad filios huius seculi,*
Viri et patres phosphoro multo
lucidiores, *Quintiliani Ciceronis-*
que Eloquencia &c. Ad calcem:
Hereditarius Ratl. An. Crisi
M. (5) XXXI. 28. kln. septem-
bris compilauit. Sequitur fol. 7.
Confessio in Matheum per Egi-
dium delphum. Verum urceus
exit; nihil enim nisi exiles Nota-
tiunculae in hunc et alios novi
Foederis Libros comparent, qui-
bus tamen subscriptis Noster:
Finis discursus et confessionis no-
noui testamenti scripta post Judica
Anno 1. 5. 3. 1. Hereditarius di-
scurrebat. De *Aegidio Delpho*
adi, si lubet, *Foppenii Biblio-*
thecam Belg. Demum fol. 59.
succedit: *Confessio cene domini.*
Germanica lingua scripta haec
Confessio quo pertineat, vel ex
ultima ejus conclusione liquet,
qua adseritur: *Corpus et Sanguinem*
Christi non esse substantialiter
et vere sub speciebus panis
et vini, sed ab his speciebus no-
bis tantum refricari memoriam
Mysterii a Domino celebrati.
Annus 1531. cum literis I. E.
rurus subjectus est.*

CCCCXCVII.

Bibliotheca
scriptus, iconismisque partim a
prima manu pictis, partim aeri
incisis et coloribus illitis, ut qui-
dem mens Autoris erat, orna-
tus, de Creatione Mundi, Lap-
su primi Hominis, Vita et Mor-
te Servatoris, institutaque per
Eum nova Lege tractat, verbis
ut plurimum N. T. quibus Ani-
madversiones et Exhortationes
suis miscet. Autor e mitissimis Lu-
theri adseclis Benedictus Tbul-
lingk Tonfor Panni, qui se *Ge-*
danensem et Elbinganum, homi-
nemque illiteratum adpellat. Opus
ille suum, cui Considerationem
de IX. Beatitudinibus evangelicis
praemittit, inscribit: *Ein Spie-*
gel oder ein Fürbilde der beili-
gen christlichen apostolischen Kyr-
chenn, dicatque *Maximiliano II.*
Imp. universaeque ejus Prospiciæ
a 1566. in cujus et omnium utili-
tatem fol. 110. optat illud in
linguam *Italicam, Gallicam, La-*
tinam et maxime *Hispanicam*
transferri, nescius, ut videtur,
quam formidabile Tribunal ad
Iberum excubaret. Ceterum,
quae adfert, ei tempori accom-
moda sunt, quo novi Religio-
num Doctores, ut fungi, nasce-
bantur. Opinionum ejus specimen
habe in his fol. 54. p. 2. ver-
bis: Vnnnd sollen vnssrer kirchen
dienner sich nicht schamen dess,
das sie Ehre haben ein khorrock
anzuzieben oder ein messgewandt,
weil

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 11590

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

1937

P O L E M I C I .

1938

*weil sie dass ampt balten in der
kirchen vor der Christlichen ge-
main, dass sie vnd wir nicht ge-
funden werden, als die vndanck-
barn gottes vergeßene schwirmer,
Sacrament schbender, widertauffer,
schwenckfelder, Osianderisten, boe-
se Christen, vnd alle keczer.
Wie auch die vnuereschampten
Zwinglischen thuen &c. Ita et
Papam, Cardinales, Episcopos
&c. emendari solum vult. In ul-
tima adlocutione ad Maximilia-
num de Pictore suo, quod arti
pepercisset, conqueritur. At is
nullam sane habuit. Risum mo-
vet fol. 21. p. 2. Petrus Mal-
chi auriculam praefecans, lineo,
quod vocant, Superpellicio indu-
tus, et multa alia. Fortassis et
Tiara pontifica fol. 65. splendi-
de deaurata ad votum Tullingii
non fuit.*

CCCCXCVIII.

830 Codex chartaceus germ. Sec.
XVI. Folior. 72. 8. nitide scrip-

tus Opuscula II. continet *Bene-
dicti Tulling illius*, de quo *Cod.*
praeced. actum est. Priore ite-
rum ad *Maximilianum* II. a.
1565. directo contra invalescen-
tem Vitae intemperantiam et di-
rum execrandi imprecandique
morem maxime in castris usitatum
declamat, eique adtribuit, quod
haetenus contra binos Hostes:
den erschrocklichen grauflamen
turkenn, vnd den mortlichen
beslichenn Muschkwiter parum
effectum sit, subjectis etiam con-
filiis, quibus his malis mederi
conveniat. Altero, quod inscri-
bitur: *Feldt Buchlein vor die*
Junge kriegesleut, item anni
1565. Vitae christiana normam
Militibus tradit. Rationes omnes
e sacris Literis repetit, indeque
loca plurima recitat, immixtis
passim rhythmis, quorum ut spe-
cimen aliquod adscribam, post-
quam sub finem dixisset, se de-
sertum ab uxore pessima in sum-
mam inopiam incidisse, quod ex-
pectandum erat, subdit:

*Wo nun mein allergenedigister Herr
Mich begnaden wolt so seber
Mich versecken mith einem Ibar gelt
Wie das Ibrer Maiestat gefeldt
Oder mit einer Prouision oder Prebent
Wie solches Ire Maiestat erkenndt &c.*

se plus quam 20. annis per Ze-
landiam, Hollandiam, Braban-
tiam, Flandriam, Germaniam et
Galliam variis Dominis serviis-
se, agere nunc annum sexagesi-

mum, viribus et oculorum acie
senfim destitui, et quae sunt hu-
jusmodi una Satirici confessione
expressa:

Paupertas impulit atrox,

Ut versus facerem.

CCCCXCIX.